



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 104. Calvini hæresiarchæ interitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

posuerant, sensim de veritate illius do- Sæcul. XVI.  
A.C. 1564.  
ctrinæ, quam amplectebatur, dubitare  
incæperat, atque ab illo temporis mo-  
mento a Deo illustratus abyssum, in  
quam sese præcipitem egit, agnoscens,  
inde eluctatus est, nullamque præter-  
misit occasionem, qua pro tuenda, ad  
cujus sinum redierat, Ecclesia dimicare  
posset. Obiit eo tempore, quo etiam  
Sectæ, quam feliciter ejuraverat, con-  
filia detegere parabat, quando secre-  
tioris consilii Ministrum apud Cæsa-  
rem agebat.

## §. CIV.

*Calvini hæresiarchæ interitus.*

Paulo post Hæresiarcha quoque Cal- Thuan. l. 36.  
vinus animam evomuit, Staphylo Th. Beza  
tamen multum dispar, nam hic ab Ec- vita Calv.  
clesia, contra quam sacrilege desertam Bossuet. l. c.  
tot populos concitavit, segregatus e l. 10. art. 57.  
vivis excesserat die vigesima septima Raynald. hoc  
ann. n. 51.  
Maji Anno Domini millesimo quingen- Et 60.  
tesimo sexagesimo quarto, ætatis vero  
suæ quinquagesimo sexto. Fatendum  
equidem est, quod præclaris naturæ  
dotibus, acri ingenio, fideli memoria,  
eloquenti, ac facunda scribendi arte,  
ampla scientia, ac pertinaci errores  
suos stabiliendi studio excelluerit: ve-  
rum longe majori adhuc ambitione, &  
fastu tumebat, atque obstinate omnibus

*Hist. Eccles. Tom. XLVII.* Z pro-

**Sæcul. XVI.** profanis novitatibus a Spiritu Sancto  
A.C. 1564 tantopere damnatis adhærebat: unde  
 hoc ipso vanitatis fumo inflatus extra  
 omnem modum pertinax suis opinioni-  
 bus insistebat, superbe contendens, quod  
 cuncta, quæ ipse lingua proferret, cæco  
 obsequio ceteri omnes consensu suo ap-  
 probare tenerentur, ipse vero illis, qui  
 ei obsistere audebant, nunquam nisi vi-  
 rulenta rabie, ac livore respondebat.  
 Hæc perversa indoles passim in ejus  
 scriptis luculenter elucet, in quibus u-  
 bique mordax ejus lingua, iraque exæ-  
 stuans animus deprehenditur, quo qui-  
 dem dextere oppugnantium tela elu-  
 dit, sed in densam atrocium injuriarum  
 procellam effunditur, ac sine omni ra-  
 tione mordet, & denique illius hone-  
 statis, qua Christianus, ac probus Vir  
 dignoscitur, limites transgreditur.

## §. CV.

*Calvini opera.*

**Beza l.c.** **E**x præcipuis, quæ conscripsit, operi-  
**Bodin. meth.** bus maxime celebrantur commen-  
*hist. o.7. p.416* tarii in multos tam veteris, quam novi  
 Testamenti libros, excepta Apocalypsi,  
 quam suo calamo födare ausus non est.  
 Præter hæc scripta in sacras Paginas  
 insuper consarcinabat commentarium  
 in Senecæ librum de clementia, nec-  
 non tractatum **contra errorem illorum,**  
 qui